



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum ad eam requiratur motus fidei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

responsione ad primum, quibus sufficit meritum Iesu Christi. Et quando concurret, non uno modo concurret, nam quandoque concurret simultaneus, & hoc est regulare, & est motus acceptantis gratiam, ut in litera dicitur. Quod non intelligas sic, quasi gratia sit obiectum illius actus qui sit acceptatio, sed in actu exercitio: quia si est motus liberi arbitri, exercitio acceptatione gratiae exercetur. n. hic per hoc, quod voluntas mouetur in Deum principium gratiae in remissionem peccatorum, amando ipsum cum delectatione offensae suae. Quandoque concurret praeviens, ut in dormientibus, vel non subsistentibus, ut in responsione ad primum dicitur.

¶ Et scito, quod si diligenter inspiciamus vim rationis assignatam in litera, scilicet quod Deus mouet omnia suaviter, ac per hoc capaces liberi arbitri, per liberum arbitrium, videbimus, quod quando contingeret adultem mentis compositum vigilantem, ac conscium suscipere sacramentum absque actuali deuotione simultanea cum sacramento, quamuis praecedens fuerit deuotio, non infunditur tunc gratia. Ex quo enim Deus infundendo gratiam iustificatam, simul mouet liberum arbitrium si liberum arbitrium non simul mouetur, consequens est, quod gratia non infundatur. Nec est simile in amentibus & dormientibus insensibiliter constitutis: quoniam conditio status rationalium facit, ut suauiter moueantur absque motione liberi arbitri, si multanea. Et si insister, ergo si post praecedentem deuotionem euagetur quis in susceptione sacramenti, obiectum gratiae ponit, & consequenter peccatur mortaliter: respondetur quod quia motio liberi arbitri, simultanea gratiae infusioni miserentis Dei opus est, & non habere illam est signum non suscipiens gratiam, consequens

Lib. 4. ca. pa. 1. ante medium tom. 1.

Lib. 8. ca. 10. non procul a fine & ca. 12. to. 1.

motus liberi arbitri. Videmus. n. quod per sacramentum baptismi iustificantur pueri absque motu liberi arbitri, & etiam interdum adulti. Dicit. n. * Aug. in 4. confes. quod cum quidam suus amicus laboraret febris, iacuit diu sine sensu in sudore lethali, & dum desperaretur, baptizatus est nesciens, & renatus est, quod fit per gratiam iustificantem: sed Deus potentiam suam non alligauit sacramentis, ergo etiam potest iustificare hominem sine factis absque omni motu liberi arbitri.

¶ 2. Præter. In dormiendo homo non habet usum rationis, sine quo non potest esse motus liberi arbitri, sed Salomon in dormiendo consecutus est à Deo donum sapientiae, ut habetur 3. Reg. 3. & 2. Paral. 1. ergo et pari ratione donum gratiae iustificantis quibusque datur homini à Deo absque motu liberi arbitri.

¶ 3. Præter. Per eandem causam gratia producitur in esse, & conseruatur. dicit. n. † Aug. 8. super Genes. ad literam, quod ita se debet homo ad Deum conuertere, ut ab illo spiritus fiat iustus: sed absque motu liberi arbitri, gratia in homine conseruatur, ergo absque motu liberi arbitri potest à principio infundi.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioā. 6. Omnis qui audit a Patre, & didicit, venit ad me: sed discere non est sine motu liberi arbitri, addiscens. n. consentit docenti, ergo nullus venit ad Deum per gratiam iustificantem absque motu liberi arbitri.

RESPON. Dicendum, quod iustificatio impij fit Deo mouente hominem ad iustitiam: ipse. n. est qui iustificat impium, ut dicitur Ro. 3. Deus autem mouet omnia secundum modum vniuscuiusque: sicut in naturalibus videmus, quod aliter mouentur ab ipso grauius, & aliter leuius propter diuersam naturam vniuscuiusque. Vnde & hominem ad iustitiam mouet secundum conditionem naturae humanae. Homo autem secundum propriam naturam habet, quod sit liberi arbitri, & ideo in eo qui habet usum liberi arbitri, non fit motio à Deo ad iustitiam absque motu liberi arbitri, sed ita infunditur donum gratiae iustificantis, quod etiam simul cum hoc mouet liberum arbitrium, ad donum gratiae acceptandum in his, qui sunt huius motionis capaces.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pueri non sunt capaces motus liberi arbitri, & ideo mouentur à Deo ad iustitiam per solam informationem animae ipsorum.

F Hoc autem non fit sine sacramento, quia sicut peccatum originale, a quo iustificantur, non propria voluntate ad eos peruenit, sed per carnalem originem: ita etiam per spiritualem regenerationem à Christo in eos gratia deriuatur. Et eadem ratio est de furiosis & amentibus, qui nunquam usum liberi arbitri habuerunt. Sed si quis aliquando habuit usum liberi arbitri, & postmodum eo careat vel per infirmitatem, vel per somnum, non consequitur gratiam iustificantem per baptismum exterioris adhibentem, aut per aliquod aliud sacramentum, nisi prius habuerit sacramentum in proposito, quod sine usu liberi arbitri non contingit. Et hoc modo ille, de quo loquitur Aug. renatus fuit, quia & prius, & postea baptismum acceptauit.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam Salomon dormiendo non meruit sapientiam, nec accepit: sed in somno declaratum est ei, quod propter desiderium eius à Deo sapientia infunderetur.

H eius persona dicitur Sapientia 7. Optant, & mihi sensus. Vel potest dici, quod ille somnus naturalis, sed somnus prophetiae, secundum dicitur Nu. 12. Si quis fuerit inter vos propinquinus, per somnum, aut in uisione loquatur in quo casu aliquis usum liberi arbitri habet. Et tunc est, quod non est eadem ratio de dono & de dono gratiae iustificantis. Nam donum iustificantis praecipue ordinat hominem ad quod est obiectum uoluntatis: & ideo ad iustitiam uel homo per motum uoluntatis, quod liberi arbitri, sed sapientia perficit intellectum, quod dicit uoluntatem, unde absque completo motu liberi arbitri potest intellectus dono sapientiae illuminari etiam videmus, quod in dormiendo aliqui sensus reuelantur, sicut dicitur Job 33. Quasi sopor super homines, & dormiunt in lectis aperit aures uirorum, & erudiens eos, in sapientiam.

I AD TERTIVM dicendum, quod in infusione gratiae iustificantis est quaedam transmutatio animae: & ideo requiritur motus proprius animae: ut anima moueatur secundum modum. Sed conseruatio gratiae est absque transmutatione, de non requiritur aliquis motus ex parte animae, sola continuatio influxus diuini.

K ARTICVLVS IIII.
An ad iustificationem impij requiratur motus fidei.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod ad iustificationem impij non requiratur motus fidei. Sicut. n. per fidem iustificatur homo, ita etiam & per quaedam alia, scilicet per timorem de quo dicitur Ecclesiast. 1. Timor

est, quod...
dicitur...
ne, & gratia...
ne. Vnde...
no non potest...
gratia, ita...
mouetur, ita...
causam...
si per ad...
mentum...
tur euagetur...
lib. arb. habet...
dicitur in...
ficacionem...
est, quod...
ficacionem...
gratia...
tamen...
peccat...
rea...
prius...
mentum...
quem habet...
non potest...
nouo...
qua...
sufficiens...
fit. Et...
notanda...
mus, sed...
mus...
sim...
scri...
re at...
De...
ent...
dico...
no...
mum...
aut...
illu...
pec...
fisi...
¶...
nen...
sed...
cog...
go...
¶...
del...
on...
inc...
ris...
non...
cati...
R...
tus...
secu...
can...
lire...
ad...
quo...
Deu...
Aco...
ideo...
A...
non...
de...
etiam...
arbit...
etiam...
litati...
ber...
una...
est...
serie...
satis...
mod...
miser...
praec...
tion...
secu...
ne pr...
An...
natur...
tum...
sa...
Don...
fidei...
A...
Ro...
bitur...
Dei...
actus...
est...
¶...
nis...
pre...
tis...
ne...
fuis...
in...

ARTICVLVS V.

Utrum ad iustificationem impij requiratur motus liberi arbitrii in peccatum.

Super Quaestione 113. Articulus quintus.

In art. 5. eiusdem q. dubium occurrit de oppositione iustitiae, & culpa terminorum iustificationis impij: quoniam super hoc magna controuersia videtur, & tamen fundat quoddammodo rotam praesentis doctrinae. Scotus igitur in 4. distin. 14. q. 1. probat dupliciter gratiam, & culpam non opponi formaliter. Primo, quia vni gratiae una tantum priuatio per se opponitur: sed gratia est vna, & priuatio culpae est multiplex diuersarum rationum, vt patet de tate diuersitate peccatorum. ergo. Secundo, quia agens potes est: tunc, vel defectiue super vnum oppositorum, potest eodem modo sup non esse alterius: sed homo potest superesse culpae effectiue, vel defectiue, non potest super non esse gratiae, quia non esse gratiae est nihil, ad quod creata potentia non se extendit, ergo non sunt formaliter opposita.

Ad euidentiam horum sciendum est, quod de culpa, & de gratia dupliciter loqui possumus, scilicet in actu secundo, in actu. scilicet peccati mortalis, & in actu informato gratia: & sic clarum est, quod opponuntur formaliter, pro quanto relictio actus charitatis, & obliquitas peccati mortalis opponuntur formaliter oppositione priuatiua. Et hoc iam probatum est ex hoc, quod peccatum mortale directe est transgressio praeccepti charitatis, quo nihil diuinae amicitiae equandum est, & sic non est praesens quaelibet, quonia de culpa remanente post actum, & habitu gratiae loquimur. Alio ergo modo possumus loqui de culpa & gratia. scilicet de macula, qua peccator post peccatum dicitur peccator, & gratia, id est dono habituali, quo formaliter est quis gratus Deo, non curando nunc de distinctione.

Intra art. 7 ad 1. & 1. & 2. q. 88. art. 2. cor. Et 4. di. 17. q. 1. ar. 3. q. 4. Et 3. co. tra ca. 138. Et ver. q. 2. ar. 5.

A

A

B

C

D

E

Domini expellit peccatum: na qui sine timore est, non poterit iustificari. & iterum per charitatem, secundum illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. & iterum per humilitatem, sicut illud Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. & iterum per misericordiam, sicut illud Prou. 15. Per misericordiam & fide purgatur peccata. non ergo magis motus fidei requiritur ad iustificationem impij, quam motus praedictarum uirtutum.

Prat. Actus fidei non requiritur ad iustificationem, nisi in quantum per fide homo cognoscit Deum: sed et alijs modis potest homo Deum cognoscere. scilicet per cognitionem naturalem, & per donum sapientiae. ergo non requiritur actus fidei ad iustificationem impij. Prat. Diuersi sunt articuli fidei. si igitur actus fidei requiratur ad iustificationem impij, videtur quod oporteret hominem, quando primo iustificatur, de omnibus articulis fidei cogitare: sed hoc uideretur inconueniens, cum talis cogitatio longam temporis moram requirat. ergo uideretur quod actus fidei non requiratur ad iustificationem impij.

SED CONTRA est, quod dicitur Ro. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * Motus liberi arbitrii requiritur ad iustificationem impij, secundum quod mens hominis mouetur a Deo. Deus autem mouet animam hominis, conuertendo eam ad seipsum, ut dicitur in Psal. 84. secundum aliam litteram: Deus tu conuertens uisitabis nos, & ideo ad iustificationem impij requiritur motus mentis, quo conuertitur in Deum. Prima autem conuersio in Deum fit per fidem, secundum illud ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est. & ideo motus fidei requiritur ad iustificationem impij.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod motus fidei non est perfectus, nisi sit charitate informatus. unde simul in iustificatione impij cum motu fidei, est etiam motus charitatis. Mouetur autem liberum arbitrium in Deum ad hoc, quod ei se subiiciat: unde etiam concurrat actus timoris filialis, & actus humilitatis. Contingit enim unum & eundem actum liberi arbitrii, diuersarum uirtutum esse, secundum quod una imperat, & alia imperatur, prout scilicet actus est ordinabilis ad diuersos fines. Actus autem misericordiae operatur circa peccatum per modum satisfactionis, & sic sequitur iustificationem, vel per modum preparationis, in quantum misericordes misericordiam consequuntur, & sic etiam potest praecedere iustificationem: uel etiam ad iustificationem concurrere simul cum praedictis uirtutibus, secundum quod misericordia includitur in dilectione proximi.

AD SECVNDVM dicendum, quod per cognitionem naturalem homo non conuertitur in Deum, in quantum est obiectum beatitudinis, & iustificationis causa: unde talis cognitio non sufficit ad iustificationem. Donum autem sapientiae praesupponit cognitionem fidei, ut ex supra dictis patet.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Apostolus dicit ad Ro. 4. Credenti in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam sicut in propositum gratiae Dei. Ex quo patet, quod in iustificatione impij requiritur actus fidei quantum ad hoc, quod homo credat Deum esse iustificatorem hominum per mysterium Christi.

VIDETUR quod ad iustificationem impij, non requiratur motus liberi arbitrii in peccatum. Sola enim charitas sufficit ad deletionem peccati, secundum illud Prover. 10. Vniuersa delicta operit charitas: sed charitatis obiectum non est peccatum. ergo non requiritur ad iustificationem impij motus liberi arbitrii in peccatum.

Prat. Qui in anteriora tendit, ad posteriora respicere non debet, secundum illud Apostolus ad Philip. 3. Quae quidem retro sunt obliuisci, ad ea uero quae sunt priora extendens meipsum ad destinatum persequor brauium supernae uacationis: sed reddenti in iustitiam retrorsum sunt peccata praeterita. ergo eorum debet obliuisci, nec in ea se debet extendere per totum liberum arbitrium.

Prat. In iustificatione impij non remittitur vnum peccatum sine alio. impij enim est a Deo dimittam sperare ueniam. si igitur in iustificatione impij oportet liberi arbitrii moueri contra peccatum, oporteret quod de omnibus peccatis suis cogitaret. quod uel inconueniens, tum quia requireretur magnum tempus ad huiusmodi cogitationem. tum etiam, quia peccatorum quorum est homo oblitus, ueniam habere non posset. ergo motus liberi arbitrii in peccatum non requiritur ad iustificationem impij.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 31. Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Iustificatio impij est quidam motus, quo humana mens mouetur a Deo a statu peccati in statum iustitiae. Oportet igitur quod humana mens se habeat ad uerumque extremorum secundum motum liberi arbitrii. sicut se habet corpus localiter motum ab aliquo mouere ad duos terminos motus. Manifestum est autem in motu locali corporum, quod corpus motum recedit a termino a quo, & accedit ad terminum ad quem: unde oportet, quod mens humana, dum iustificatur per motum liberi arbitrii, accedat peccato, & accedat ad iustitiam. Recessus autem, & accessus in motu liberi arbitrii accipitur

Vertical text in the left margin, partially cut off.